

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Artificium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A Debora libro Judicū Prophetia particeps facta, Apis interpretatur, ut ait Adamantius. Et omnes de-  
nique Prophetia sub Apis nomine comprehenduntur, earumq; favi ea sunt oracula quæ literis man-  
davere. Atque hoc est bonum illud mel, quod comedere jubemur. Quicumq; enim oracula ea divina  
meditatione complectitur, scriptis vatum nostrorum sermonibus alitur & recreatur, is mandatum *Esa. 7.*  
illud divinum exequitur, quo præceptum est, *Comede mel, fili, bonumq;* id esse re ipsa protinus expe-  
titur. Quod autem de Assertore nostro prædictum est, *Mel comedet*, mel hic Adamantius nostra de  
virtute colloquia significare proficitur. Quotiescunq; de abstinentia à voluptatibus, de domitan-  
da nequitia, de iustitia, de prudentia ex animo differimus, sermonis istiusmodi suavitate libentissi-  
me pascitur Deus, hosq; liquores assidue sitibundus inquirit, cui si nequit, si puerilinitatis, si  
feelerum & stultitiae amarulenta pocula propinaverimus, gustum ut offensus refugit, & ut fel odio-  
sum aversatur.

## CONCORDIA. CAP. XV.

B ET quia moris erat infantes à lavacro suscepitos lactis & mellis gustu plurimum imbuere, nonnulli  
hoc ad concordia significationem factum autem, Tertulliano ita dicente: *In defensione la-  
ctis & mellis concordiam preguamus*. D. etiam Hieronymus adversus Luciferianos de hac ipsa re in  
hunc modum: *Nam & multa alia, quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, autoritatem sibi scriptæ  
legi usurparunt, ut in lavacro ter caput mergitare, deinde egressa lactis & mellis preguare concordiam*.  
Id tametsi faciunt jam adulti, quandam tamen infantia significationem præ se ferunt. Fuit vero ali-  
quibus mos, ut loco mellis, vinum cum lacte propinaretur. Nam apud occidentis populos diu ob-  
servatum est, ut tincis sacro lavacro ad ejusmodi innocentia, quæ præcipua est in parva ea statuta;  
similitudinem quandam, vinum & lac tribueretur. Eoq; Tertullianus Esaie dictum trahit: *Venite, Esa. 55.  
emite, absq; argento, & sine commutatione, vinum & lac*.

## CASTITAS. CAP. XVI.

INCORRUPTAM ad hæc virginitatem, & castum animi propositum per Apes significari id argumento *Apes Vene-*  
est, quod ipse homines à coitu olidos acriter oderunt, & ut Plutarchus Conjugalibus præceptis  
*ris inimica*.  
ait, Apes eos male accipiunt, qui recentes à mulierebri copula superveniant, sed mulieres, quæ Veneri  
operam dederint acrius invadunt, quicq; vel vinum potum, vel unguenta oleant. Nam & maro eas  
ignorare Venerem his verbis attestatur:

*Illum adeo placuisse Apibus mirabere morem, Verum ipse foliis natos, & suavibus herbie Georg. lib. 4*

*Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes, Ore legunt.*

*In venerem solvunt, aut fortis nixibus edunt,*

Hinc Pythii ait Pindarus, οὐ τέτω λόγῳ χειρούδος ὄργανος μελοσεῖ, quo loco interpres subiect: *Proprie quidem Apes sacras Cereris ministras appellavit, improprie vero omnes alias, propter animalis*  
puritatem. Nam & alibi sacræ cam Apibus delectari dicit. Alii Nymphas sacrificiorum presides ap-  
pellari tradiderunt. In Divinis quoq; literis Apem virginitatis imaginem esse dicit Eucherius, nulla  
tamen causa reddita: quia scilicet eam satis ex Marone cognitam arbitraretur.

## ADULATOR. CAP. XVII.

D VERUM aliud ex Ape, hirographicum idem ponit Eucherius, nempe simulacrum eam esse adul-  
toris: utpote quæ mel in ore habeat, in occulto caudæ spiculum, atque ita homines qui lingua obicitus D.  
blandiuntur latenter vero feriunt, significare: loquendo enim mellis dulcedine proponunt, re vero *Uttomelle II-  
tis gladiat, Auguſtino, & D. Hiero-*  
ipsa vulnus inferunt.

## ULTIO. CAP. XVIII.

N Eque defuerunt veteres Theologi, qui Apem ultionis & iracundiae signum in Divinis literis  
esse dicent, citatis ex Esaia & Davide locis: *Et Apis que est in Affur.* Et, Circumdeverunt me *Uttomelle II-  
scut Apes.*

## ARTIFICIUM. CAP. XIX.

N AM illud, quod Salomon ait: *Vade ad Apem, & disce ab ea, quam laboriosa sit operatrix, unicuique*  
manifestum est artificii sedulitatisque illam esse hieroglyphicum, Virgilio præsertim naturam *c. 10. Apes  
cessantem inertiam notant, ca-  
fligant max. Spu-  
niat morte.*  
*Ibid. Plin. ejus*

Rr 2

eius tam luculenter explicante, ut versus eos & decies & centies memoria repetisse neminem unum pœnitere possit:

*Georg. lib. 4.* Namq[ue] alie vieta invigilant, & fædere pacio  
Excentur agris, pars intus septa domorum  
Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten  
Prima fauces ponunt fundamina, deinde tenaces  
Suspendunt ceras: alia sicut gentu adulteros  
Educunt fatus: alia purissima mella  
Democritus tamen dicacitate (ut idem identidem repeatam) libertateque illa fretus sua diligentiam hanc & assiduum in re facienda curam improbaturus, parcos aebat Apibus esse similes: quæ uti semper victuæ laborarent. In quam sententiam Virgilianum illud potius detorquem:

*Sic vos non vobis mellificatis, Apes.*

#### SOLSTITIUM. CAP. XX.

*Hoc plene à Natus. Co-  
mili. s.c. 11.* **E**st & solstitii astivi hieroglyphicum Apes, quod suo ad labores egressu, ut apud Aristotelem ha-  
betur, solstitium id denunciat: eo quippe tempore, quasi serias quasdam celebrant quiescentes.  
Sed jam tempus est, ut nos quoque tamdem aliquando quietcamus ab intenta adeo Apum harum  
inquisitione: si modo unum quod haudquam prætereundum est, subjunxerimus, quod ab in-  
sea Patarae de Apibus scriptum tradunt: eas humanum genus ab esu carnium, ad arborum fructus  
& hortensis olim avocasse, condimento scilicet subministrato, per quod uniuscujusq[ue] cibi, subiecti  
etiam & amari, sapor commendaretur: cuius etiam inventionis hujusmodi recitat historiam. Pe-  
ponnesi, ait ille, Melissa quædam cum favum Apum invenisset, prima omnium gustavit, mox & aqua  
dilutum bilit, remq[ue] aliis indicavit, animaliaq[ue] ipsa de se Melissas appellari, & ab hominibus summa  
cura & diligentia curari observariq[ue] mandavit.

#### DE CULICE. CAP. XXL

**D**E suavitate dulcedineq[ue] hactenus locuti, Melissa temperamentum secuti, quod ipsa non infu-  
se, oppositis juxta se simulque positis, excoxitavit, de acore jam dicere aggrediemur, cuius hi-  
eroglyphicum est Culex.

*Genera cu-  
licum acuf.*

*sens natura-*

*gignit. Plin.*

*lib. 11. c. 35.*

*Nepotes*

*duo auto-*

*ris diversa-*

*omnino na-*

*trus.*

*Huc forsan*

*spellat,*

*hilaritatiq[ue]*

*deditus, ut ad*

*obnunciatas*

*quorumcunque*

*hominum calamitates*

*risu diffueret: quia*

*etiam ad patris & matris incommoda,*

*vel arumnas etiam effusissime*

*cachinnaretur.*

*Præterea, qui*

*de Principe*

*lib. 19. ca.*

*Max. & Jo-*

*nium in bi-*

*boria.*

*de Hadria*

*no Poet.*

*ANIMI*

**A**vero de causa coeptum est, proposito Culice, hominem acidis illectum indicare: quod Culice  
observassent non admodum cupide appetere dulcia, sed acida quam avidissime. Levia haclote  
videantur, si quis simpliciter acceperit. Seden voluti per mel omnem rerum jucunditatem intelligi  
gebamus, ita per acorem quicquid est amoenitati contrarium, nobis fuerit proponendum. Est enim  
homines, qui jucunditatem omnem aversentur, verissimum est, & ne longius exempla queramus:  
rat mihi nepos natura adeo tristis, ut si quem hilarius ridentem audiret, ultra stomacharet, & ex-  
candesceret, in reliquis vita munieribus quantivis preti, & bonus & prudens. Erat & alter ita filius  
etiam ad patris & matris incommoda, vel arumnas etiam effusissime cachinnaretur. Præterea, qui  
Principum vitas scribunt, hæc etiam quamvis humilia consequantur, ut in indifferentem in vicu Ju-  
lium Caesarum, & qui conditum oleum pro viridi apponitum minime fuerit aspernatus: aut Octa-  
vianum Augustum minimi fuisse cibi, atque fere vulgaris, secundario pane, pifciculis minutis, caseo  
bulbo manu presso delectatum, atque alios hujusmodi alitos. Quod vero ad rem, quæ præ mani-  
bus est pertinet Tacitum Augustum Vopiscus tradit amiores cibos appetivissime: quare minime mi-  
rum, si Virgiliani carminis dulcedine, & Ciceronianæ orationis suavitate, ad insectationem usque  
offensus est.